



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

181. De concubinis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

sancto proposito permaneant. Et si in prædicto anno & die pro illis se proclaimaverint, petitioni eorum assensus præbeatur; nisi forte Dei timore tacti, cum eorum licentia in religionis habitu perseverent.

De eadem re. *Ex eodem Concilio.*

CLXXXIX. Viduæ quæ spontanea voluntate ab altari sacræ conversationis vela - mensuſcipiunt, decrevit sancta synodus in eodem proposito eas permanere. Non enim fas esse decernimus ut postquam se Domino serviel sub velo consecraverint, & inter velatas oblationes fecerint, iterum eis concedi Spiritui sancto mentiri.

Concil. Tri-
bur. c. 25.
Burchard. lib.
8. c. 35.

Zacharias Papa cap. VII.

Virginem aut viduam, nisi is qui desponsata habuerit, nullus audeat furari in uxorem. Burchard. lib. 9. c. 13.
Si quis hoc temerario ausu præsumperit, anathema sit. [*Caput istud non extat in codice Parisiensi.*]

Item de sanctimonialibus. *Ex eodem Concilio.*

CLXXX. Sanctimonialis si pro lucro animæ suæ cum licentia Abbatissæ suæ ad aliud monasterium pergere disposuerit ibidemque commanere, decrevit synodus concedi. Si vero fuga disciplinæ alium locum quærerit, redire cogatur.

De concubinis. *Ex epistola Leonis Papæ.*

CLXXXI. Non omnis mulier viro con- Decreta Leon.
1. c. 18. & 19.
S. iij

Burchard. lib.
9. c. 1.

juncta uxor est viri, quia non omnis filius heres est patris. Itaque aliud est uxor, aliud concubina; sicut aliud ancilla, & aliud libera. Ancillam itaque à thoro abicere, & uxorem certæ ingenuitatis accipere, non duplicatio conjugij, sed profectus honestatis est. Dubium enim non est eam mulierem non pertinere ad matrimonium in qua docetur nuptiale non fuisse ministerium. Nisi fortè illa mulier & ingenua facta, & dotata legitimè, & publicis nuptiis honestata videatur.

Ut de captivitate venientibus maritis uxores propriæ reformatur. *Ex epistola Leonis.*

Decreta Leo-
nis I. c. 42.
Burchard. lib.
9. c. 55.

C L X X X I I. Quod debeant feminæ quæ captis viris & in captivitatem ductis, aliis viris nupserunt, putantes interemptos maritos, reversis de captivitate prioribus viris copulari ut cuique id quod legitimè habuit reformatur, & recipiat unusquisque quod suum est, & reintegrentur fœdera nuptiarum.

De eadem re. *Ex eodem.*

Decreta Leo-
nis I. c. 43.
44. 45.
Burchard. lib.
9. c. 56.

C L X X X I I I. Quod non probatur esse culpabilis qui uxorem capti in matrimonio videtur esse sortitus. Et si viri de captivitate regressi, intemperantia uxorum offensi non fuerint, & voluerint eas in conjugium recipere, liberam habeant facultatem. Et si mulier ad priores maritos redire noluerit, posteriorum virorum amore capta, ecclesiastica communione privetur.